



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, 1680**

27. An Abbates conferentes Tonsuram, vel minores Ordines aliis quam  
suis subditis regularibus incurrant suspensionem? Et notatur Abbates  
conferentes Ordines minores nouitiis non esse suspensos, ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)



## RESOL. XXVI.

*An Episcopus ordinans subditum alienum, ex rati-  
habitione incurrat suspensionem Concilij, sess. 23. cap. 3.  
Sunt enim aliqui casus, in quibus datur excusatio ab ea  
censura, quos ex Suarez explanatos invenies in resolu-  
tione hujus Resolutionis: Ex p. 5. tract. 10. Ref. 38.*

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Turrianus de  
cens. lib. 5. disp. 46. dub. 1. ubi hæc ait. Ego  
existimo seculi ignorantia ex sola ratihabitione non  
posse ordinare alium Episcopum, neque conferre Or-  
dinem non sibi subdito per solam ratihabitionem de  
futuro. Et primò quantum ad forum exterius judica-  
bitur suspensus talis ordinatus, quia verè ordinatus  
est ab altero sine licentia proprii, & præsertim si non  
constet de ratihabitione. Proinde absolute ille ordi-  
natus sine licentia proprii, quia ratihabito de futuro  
non est licentia de præfenti, & ita ut licite fiat ordi-  
natio, requiritur ut ordinatus sit subditus ordinantis,  
vel quod de licentia proprii ordinetur. Denique, quia  
talis opinio posset esse causa damnorum in Ecclesia  
& scandali, & ideo in praxi admittenda non est. Et  
ita hanc sententiam docet etiam Bonacina tom. 3. di-  
sp. 3. q. 1. punct. 11. num. 14. Parisius vol. 4. conf. 136.  
Mandol. in regul. 24. Cancell. q. 4. num. 10. Rebuffus in  
praxi Episc. tit. de form. dimiss. n. 28. & 29.

2. Verum ab ista censura excusari aliquos casus, in  
quibus ponitur ratihabito rationabilis, ex Suarez  
docet Reginaldus in praxi tom. 2. lib. 3. tract. 2. cap. 24.  
sess. 3. num. 69. ubi ita ait: Sunt autem aliquot casus  
in quibus excusatio datur ab ea censura. Eos Suarez  
persequitur in cit. sess. num. 15. & aliquot sequent.  
Primus, est quando ignorantia invincibilis excusat à  
mortalis culpa suscipientem sic Ordinem sacrum. Se-  
cundus quando proprius Episcopus est, & ipse su-  
spensus ob ordinatum alienum, tunc licet sine ipsius  
licentia adire alium, à quo Ordines suscipiantur,  
juxta cap. eos qui, §. fin. de temp. ordin. in 6. Tertius  
est, quando quis per triennium fuit de familia Epi-  
scopi alieni, hic enim illum, dummodo statim det ei  
beneficium potest promovere, ex concessione Con-  
cilij Tridentini sess. 23. de reform. cap. 9. Intellige au-  
tem de Episcopo ordinario, quia ei, qui tantum est  
titularis talis promotio est interdicta in præced. sess. 14.  
cap. 2. de reform. Quartus est quando unus Episcopus  
ordinat subditum alterius Episcopi sub spe rationa-  
bili ejusdem ratihabitionis, ex cap. ult. §. quæst. 2. ubi  
allegatur factum D. Epiphani, qui isto modo ordi-  
navit in Dicecesi D. Chrysostomi. Hæc Reginaldus,  
& Barbosa in Collect. Doct. ad Concil. Trident. sess. 23.  
cap. 8. num. 36. Hanc etiam sententiam tenet glossa  
in cap. Lugdunensis, §. 9. q. 2. ver. quod sanctus D. Thom.  
in 4. disp. 25. in exposit. litera. Mayol. de irregular. lib. 4.  
cap. 2. num. 7.

3. Sed hanc sententiam Avila de cens. p. 3. disp. 5.  
dub. 7. §. dico quindò, intelligit de ratihabitione de  
præterito, vel de præfenti, expressa signo aliquo ex-  
teriori, non tamen putat sufficere spem ratihabitionis  
de futuro. His tamen non obstantibus primam  
sententiam absolute tenet Sanchez in opusc. lib. 7. cap. 1.  
dub. 20. num. 13. post Concil. Trident. ubi docet, non  
posse Episcopum proprium talem ordinationem ra-  
tam habere. Sed quia secunda sententia habet pro se  
multos Doctores, quos præter citatos vide penes me  
ipsum in 3. part. tract. 4. \* resolut. 191. puto probabi-  
lem esse.

## RESOL. XXVII.

*An Abbates conferentes Tonsuram, vel minores Ordines  
aliis,*

nov. 13. Campanili in divers. jur. can. 1. rubr. 9. num. 16.  
& alii communiter ex dicto cap. eos, de temp. ordin.  
in 6. quod Episcopus si scierit, vel affectata igno-  
rantia ordinare præsumit alienum Clericum sine sui  
Ordinarii licentia, est suspensus per annum à colla-  
tione Ordinum. Hoc supposito, ad quæstionem pro-  
positionem affirmative responder glossa in dict. cap. eos,  
in ver. ordinare, & in cap. nullus, in ver. homine eod-  
em titulo, cum Salzedo in præf. Bernardi Diaz  
cap. 26. & alii.

2. Novissimè tamen contrariam sententiam doc-  
cent ex Geminiano Villalobos in sum. tom. 1. tract. 18.  
diff. 7. n. 17. & Aloysius Riccius in addit. ad inst. Can.  
Lancelotti, lib. 1. tit. 2. §. par. ratione, ubi sic asserit:  
Adverte tamen, quod cap. eos, loquens de Episcopo  
ordinante clericum alienum, supponit eum esse cle-  
ricum, saltem tonsuratum. Vnde si primam tantum  
tonsuram laico alterius diocesis conferat, non incur-  
rit Episcopus suspensionem à collatione Ord-  
inum, sed solum à collatione primæ tonsuræ, arg.  
cap. nullus, de temp. ordin. in 6. Et quamvis Conci-  
lium Tridentinum explicet hoc de ordinante simplici-  
ter, & non restringat se ad ordinantem clericum  
ut propterea dubitari possit, an saltem ex virtute de-  
creti hujus, Episcopus conferens alieno primam  
tonsuram, à collatione Ordinum suspensus fuerit, &  
consulenda sit congregatio Cardinalium, qui Con-  
cilij Tridentini interpretes præfati sunt: nihilomi-  
nus tamen valde mihi probabile est, juxta ea quæ  
diximus, hunc non nisi à collatione primæ tonsuræ  
suspensum esse. Ita Riccius.

3. Sed mihi stante Concilio Tridentino sess. 14.  
cap. 2. & sess. 23. cap. 8. de reform. prima sententia magis  
placet, quam sequitur ex neotericis Barbosa in collect.  
tom. 3. lib. 1. tit. 9. cap. 2. n. 10. Vide etiam Bonacinam  
de censuris, disp. 3. punct. 5. §. 2. n. 4. & Filliucium tom. 1.  
tract. 17. cap. 8. num. 141.

## RESOL. XXV.

*An Episcopus conferens primam Tonsuram in aliena  
Dicecesi incurrat suspensionem?  
Et an liceat Episcopo ordinare proprios subditos in aliena  
Dicecesi, si habeat licentiam ordinandi subditos Epi-  
scopi illius diocesis? Ex p. 5. tract. 10. Ref. 45.*

1. **V**idetur affirmative respondendum, & ita  
docet Campanili in divers. jur. canon. rubr. 6.  
cap. 1. n. 2. & Barbosa in Conc. Trid. sess. 6. cap. 5. n. 9. ubi  
docet Episcopum non posse in aliena Dicecesi con-  
ferre primam Clericali Tonsuram suis subditis,  
absque licentia Ordinarii loci, & ideo aliter facientes  
incurrerent suspensionem latam in Trid. ubi supra.  
Idem etiam docet Alerius tom. 2. disp. 10. col. 2. ver.  
quod si. Rebuff. in præf. Benefic. tit. de Clericis ad sa-  
cros Ordines male promotis, gloss. 1. num. 4. & alii.

2. Verum mihi contraria opinio probabilis etiam  
videtur, & ratio est, quia Concilium loquitur de Epi-  
scopo conferente Ordines. Sed prima Tonsura non  
est Ordo, sed initiatus ad Ordines, & solet concedi  
sine exercitio Pontificalium: ergo, &c. Et ita docet  
Toler. lib. 1. cap. 49. num. 4. Azorius tom. 2. lib. 5. cap. 48.  
quæst. 5. Fornarius de Sac. Ord. cap. 5. §. 4. not. 4. Mol-  
fusus in summa, tom. 1. tract. 2. cap. 2. n. 15. Henriquez  
lib. 3. cap. 6. n. 6. & alii.

4. Notandum est etiam hic obiter cum Turriano  
de cens. lib. 5. disp. 46. dub. ult. & aliis, licere Episcopo  
ordinare proprios subditos in aliena Dicecesi, si ha-  
beat licentiam ordinandi subditos Episcopi illius  
Diocesis.

Sup. hoc in  
tom. 2. tit. 1.  
lege doctri-  
nam Ref. 33.  
& alterius  
Ref. ejus an-  
not. primæ  
& signandæ  
secundæ.

Sup. hoc in  
tom. 2. tit. 5.  
Ref. 59.

Sup. hoc ti-  
tulari Epi-  
scopo in to. 1.  
tit. 5. Ref. 28.  
per tot. si-  
gnanter §.  
ult. & in alia  
ref. ejus an-  
not.

\* Quæ nunc  
est in to. 2.  
tit. 5. Ref. 33.



aliis, quam suis subditis Regularibus incurram suspensionem?  
Et notatur Abbas conferentes ordines minores Novitiis non esse suspensos, quamvis peccent. Ex p. 5. tr. 10. Refol. 42.

Quoad hoc  
lege doctri-  
nam Ref.  
not. seq. & in  
tom. 1. tr. 5.  
Ref. 78. &  
alia earum  
notationum

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Sayrus de cens. lib. 4. cap. 13. num. 5. ubi sic ait: Abbas etiam Regularis subditis laicis, Tonsuram aut minores Ordines conferens, aut eisdem literas dimissorias, ut ab aliis ordinentur, concedens ab officio, & beneficio per annum ipso jure suspensus est, ut habetur in Concil. Trident. sess. 23. de reform. cap. 10.

2. Sed fallitur, quia Concilium Trid. imponit suspensionem, ut legenti patet, tantummodo concedentibus dimissorias, eamque ad Abbates, & ad alios etiam ad Capitula Cathedralis Ecclesiae similes dimissorias concedentes (excepto casu quando Sedes Episcopalis per annum vacavit) extendit. Ergo dicta suspensio non est extendenda ad ordinantes. Et ita hanc sententiam docet Bonacina de cens. disp. 3. punct. ult. n. 32. Vide etiam eundem Bonacinam tom. 3. disp. 3. quest. 1. punct. 11. num. 4. Unde ego olim recte consilui Abbatem Benedictinum Ordines minores conferentem non incurrisse suspensionem; licet secundum aliquos non possit dictos Ordines conferre alienis subditis, etiam cum dimissoriis proprii Episcopis, de qua quaestione latius infra in tract. 1. miscellan.

Inf. in Ref.  
quae hic est  
in to. 2. tr. 5.  
Ref. 79. & c.

3. Notandum est hic à fortiori contra Maiolum de irreg. lib. 4. cap. 2. num. 11. Abbates conferentes Ordines minores \* Novitiis non esse suspensos. Ita Sayrus ubi supra, Henriquez lib. 13. cap. 38. n. 2. in gloss. lit. A. & Bonacinam asserentem peccare supra dictos Abbates ordinantes Novitiis, sed non incurere in suspensionem. Sed putat neque peccare Suarez de Relig. tom. 4. tract. 8. lib. 2. cap. 29. num. 12. glossa in cap. Abbates, ver. convolverint, de privil. in 6. & alij.

\* Quoad  
hos Novi-  
tios in to. 2.  
Ref. 81. do-  
ctnam §.  
Sed difficul-  
tas & alio-  
rum §§. ejus  
not.

## RESOL. XXVII.

An Abbates concedendo dimissorias Novitio incident in suspensionem? Ex part. 5. tract. 10. Ref. 43.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Bonacina de cens. disp. 3. punct. ult. num. 13. ubi sic ait: Abbatem concedentem Novitio dimissorias ad suscipiendos Ordines incurere suspensionem, si Novitius Clericali Tonsura initiatus jam sit, nam hujusmodi Clericus nondum est Religiosus, & in hac parte praesumitur & reputatur Clericus secularis, & quoad Ordines suscipiendos habetur pro non subdito ipsi Abbati. Si vero concedat dimissorias ad primam Tonsuram, probabiliter mihi dicendum videtur Abbatem non ligari suspensione, quia Concilium loquitur de iis, qui dimissorias concedunt Clericis secularibus, Novitius autem carens prima Tonsura non dicitur Clericus, praesertim secularis. Ita ille.

Sup. hoc latè  
in to. 7. tr. 1.  
Ref. 129. &  
130. & in to.  
2. tr. 5. Ref.  
84. §. 2. ad  
med. cursum  
in vers. qua-  
re.

2. Sed tu proflus contrariam sententiam tene. Superiores enim Regulares, qui habuerint speciale privilegium concedendi suis Monachis literas dimissorias ad quemcumque Episcopum, licet in illo non exprimitur, quod illud valeat Novitiis communicare, possent tamen etiam Novitiis illas, ut à quocumque Episcopo ordinentur, sicut cæteris Monachis professis concedere tenent Sanchez in precept. Decal. tom. 2. lib. 6. cap. 10. in fine. Ioannes Baptista Tiber, in instruct. pro ordinar. cap. 7. quest. 50. Barthol. de Vecchis in praxi observanda in admitt. ad relig. stat. novitiis, disp. 11. quest. 8. num. 3. ver. si vero. Tamburini de jure Abb. tom. 2. disp. 2. quest. 7. num. 2. & alij, quos \* alibi ego ipse citavi.

\* Alibi in  
Resolutioni-  
bus, & §. not.  
praeterita.

## RESOL. XXIX.

An Monachi Benedictini incurram in suspensionem, si non utantur habitu praescripto in Clement. 1. §. Si quis autem, de stat. Monachi? Ex p. 5. tr. 10. Ref. 44.

§. 1. **R**espondeo affirmative, sed nota ad hanc censuram incurrendam non solum requiri culpam mortalem, verum etiam praesumptionem, nam in textu dictae Clement. dicitur, portare praesumpserint, quod verbum importat dolum & temeritatem. Et ideo ab hac suspensione excusatur non solum qui cum inadvertentia hujus prohibitionis Clementinae habitum in ipsa prohibito desert, verum etiam qui scienter eo utitur ad breve tempus. In hoc Suarez de cens. disp. 3. punct. ult. num. 10. & Bonacina de cens. disp. 3. punct. ult. num. 14. putant ad hanc suspensionem incurrandam requiri ut Monachus Benedictinus utatur habitu sibi prohibito per modum ordinarii habitus.

## RESOL. XXX.

An suspensus ab Ordine sit suspensus à jure eligendi? Ex part. 5. tract. 10. Ref. 21.

§. 1. **A**ffirmativam sententiam docet Panormitanus in cap. cum dilectus, num. 20. de consuetudine, quem sequitur Sylvest. ver. suspensus, num. 5. quorum fundamentum est, quod jurisdictio fundatur in Ordine. Ergo sublato exercitio Ordinis, auferatur exercitium jurisditionis.

2. Sed contrariam sententiam docet Cornejo in 5. part. tract. 5. de suspens. disp. 2. dub. 2. q. 1. quia quamvis ex ablatione fundamenti quantum ad substantiam & exercitium sequatur ablatio rei fundatae, quantum ad existentiam, & substantiam, ex ablatione tamen actus & exercitij fundamenti non bene sequitur ablatio actus & exercitij, rei fundatae, quia bene stat quod manente substantia fundamenti, & similiter manente substantia rei fundatae, impeditur exercitium ipsius fundamenti, non impeditur exercitium rei fundatae, eo quod operatio rei fundatae non pendat ab operatione simultanea fundamenti, sed solum à iustitia & existentia ipsius rei, quae est fundamentum, ut à conditione necessarii praesupposita. Igitur suspensus ab Ordine non est suspensus à jure eligendi, cum jus eligendi ad jurisditionem pertineat, nec Ordinem necessarii praesupponit. Unde Moniales jus eligendi habere possunt, cap. indemnitate de elect. in 6. & tamen Ordinis incapaces sunt.

## RESOL. XXXI.

An suspensus ab Ordine inferiori censetur suspensus ab Ordine superiori, ita ut si illum exerceat, incurrat irregularitatem, vel an saltem peccet mortaliter? Et an, qui ignoranter suscepit Ordines ab Episcopo excommunicato, incurrat suspensionem, sed tamen, si in illa celebret, non incurrat irregularitatem? Ex p. 5. tract. 10. Ref. 5.

§. 1. **A**d hoc respondeo suspensum ab Ordine inferiori non suspendi ab exercitio Ordinis inferioris; nam qui prohibet majus, non censetur prohibere minus; suspensus tamen ab Ordine inferiori, censetur saltem aliquo modo indirectè impediri ab exercitio Ordinis superioris, propter indecentiam, cum sit minus decens eum, qui non potest iicite exercere